

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska z uzupełnieniami wersji krakowskiej

Rękopis Biblioteki Narodowej w Warszawie, sygn. 3068 III, k. 20ra–20rb

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 1

[k. 20ra] [Tractatus Primus^a]

^b-Arbitrium vel voluntas census vchwała wolna, alias dicitur wyelkyerz
wsziithkych liber primus incipit felicit[er]^{-b}

[1 § 1] Cesar^a Otto Rufus fundavit templum in Meydburg et dedit civibus municipale
ius secundum eorum arbitrium et consilium seniorum. <Regula iuris^c> Extunc arbitrati
sunt, quod eligerent scabinos ac consules, scabinos ad diuturnum tempus et consules
ad unum annum. <Iuramentum consulum^d> Qui tunc iuraverunt et nunc iurant annis
singulis, dum eliguntur ius ac profactum et honorem custodire civitatis et agere,
quanto caucius et melius sciant aut possint, cum consilio ac iuvamine seniorum.
<Conventum vel consilium vulgariter Gromada mieszczka^d> Consules exponunt
suum conventum secundum suum placitum ac voluntatem et consensum seniorum.

[1 § 2] ^b-Consulum iudicium^{-b}

Consules etiam habent po[k. 20rb]testatem iudicandi <Municipale ius vulgariter
powyêszone prawo^d> super quamlibet vacuum mensuram ac pondera iniusta, ac
corretros iniustos et cuiuslibet cibi seu potus mercimonia. Et quicumque hoc
violaverit, demeretur tres Slavonicas <Sclavonica marca vulgariter Szlowaczka
Grzywna^d> marcas, que XXX sex solidos faciunt.

[1 § 3] De constitutione consulum

^b-Regula iuris. Mutare quis consilium non potest in alterius detrimentum. Item quod
omnes tangit debet ab omnibus approbari. Eciam. Regula iuris. Quod semel placuit
amplius disciplinere non potest.^{-b}

Quando consules suum conventum, eligunt virum magistrum inter se, extunc
quicquid ibi statutum fuerit aut compromissum in isto conventu, quod iuri divino non
contradicit, firmum est, inviolabiliter debet observari. Et quicumque hoc violaverit,
hoc consules habent agere ac iudicare.

[1 § 4] ^b-Qui ad conventum venire neglexerit^{-b}

Et quicumque ad conventum neglexerit venire, cum signum datur per campanam, demeretur VI denarios. Sin autem sibi conventus pronunciatus fuerint, demeretur VI solidos.

^bSolidus hic valorem XII allenselis^b

<prossielā pro decreto |faciendo| in hac controver[sia] ferendo, dolożila tesz tego actorea pars, ze czo anie ze tego nie pravu
nie wzywa ·N· ŷ nie od f>

^a ucięty brzeg karty, zachowane tylko dolne fragmenty liter; ^{b-b} czerwonym inkaustem większym duktem; ^b ozdobny inicjał wysokości czterech wersów; ^c na marginesie czerwonym inkaustem; ^d na marginesie; ^e w rkp. mercas; ^f na dolnym marginesie ręką komentatora, nieznana pełna treść wskutek obcięcia brzegów karty

[hasła: rajca, ławnik, rada, starsi, Magdeburg, cesarz, kadencja, miara, waga]